862.

MISSA QVINQVE VOCVM.

AD IMITATIONEM SVAVISSIMAE cantilenæ: Dum transisset Sabbathum, &c.

Composita per

ANDREAM CRAPPIVM
scholæ Hannouerensis Cantorem.

862

TENOR.

256.

Vlyssea Michael Cröner excudebat, anno
M. D. LXXXIII.

M. Thomas Mauuerus.

LVnæburga Dei	L ætaberis antè tribuna	L
V nanimi retinens	V erba ſacrata ſtat	V
N ec non iuſticiæ	N eruum, venerabile nume	N
Æ quali tribuens	Æqua cuique vic	E
B arbarus hinc aberit	B ona qui rapit urbibus Acha	B
V ſa feres larga	V i bona cuncta pen	V
R upta tibi nunquam	R apiet concordia robu	R
G og procul hinc aberit	G randis & enſe Mago	G.

AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS VIRIS, DOMINIS CONSVLIBVS ET SENATORIBVS INCLYTÆ REIPVBLICÆ LVNÆBVRGENSIS,

Dominis & mecœnatibus ſuis perpetua obſeruantia plurimum colendis.

MVſicam artem ſingulare Dei donũ eſſe qui negat, is nec magnitudinem, nec dignitatem, nec vtilitatem eius intelligit. Diuina quippe ars eſt, gloriæ & laudi omnipotentis Dei, à quo originem trahit, & naturæ hominum inſtillatur, inprimis deſtinata. Mirè afficit mentes humanas, mores emollit, triſtitiam pellit, prauis cogitationibus medetur, pietatem & timorem Dei in cordibus exuſcitat, Satanam fugat, & guſtum quendam præbet dulciſsimi concentus Muſici, quem Angelorum chori in cœlis exercent, quo laudes moderatoris rerum, ſuauiſsimè reſonant, cui choro, & nos aliquando iungemus, auſpice & ductore Chriſto, ut noſtrum Te Deum laudamus, & Gloria in excelſis, de quo hîc vix balbutire vel ſtrepere poſſumus, perfectius ibi & plenius, & mollius & melius in cœleſti militia atq; Eccleſia decantemus. Propterea omnib. temporibus viri magni & prudentes, imò Reges & principes quoq; huius artis ſtudio & ſuauitate non tantum delectati ſunt, ſed & magnifecerunt, & artifices induſtrios iuſtis laudibus & grata munificentia ornarunt. Vobis quoq; viri ampliſsimi & prudentiſsimi, Domini & Mecœnates colendi, ut cæterarum artium libaralium, ita Muſices ſtudia cordi eſſe, & veſtro fauore atq; patrocinio niti, in ſchola veſtra diligenter per induſtrios Cantores exerceri, & iuuentuti proponi, imo Amplit. veſtras cùm Inſtrumentali, tum vocali Muſica plurimum delectari, eamq; ex templis veſtris non explode-

re (quod Sectariorum quorundam proprium est) constat, & magna laude dignum est, & ego ipse memini. Recordor quoq; grata mente omnium illorum beneficiorum, quæ Ampl. & prud. V. tum in me contulerunt, cum ante annos plus minus sedecim in schola Vitebergensi bonis literis operam dabam. Ab eo tempore & illic in Academia, & deinde in hac mea statione, qua fungor, canendi artem scholasticis nostris pro meo modulo commendatiorem reddere studui, præcepta explicando, & exempla proponendo. Ita & hoc tempore pio studio, & in laudem omnipotentis Dei Missam (ut vocant) ad imitationem pulcherrimi cantici: Dum transisset Sabbathum, &c. composui. Eam sub nominis vestri auspicio & patrocinio in lucem edo, & vobis viri ampliss. & prudentissimi, Domini & Mecœnates colendi, debita animi subiectione offero atq; dedico, ut sit testimonium meæ erga vos gratitudinis atq; obseruantiæ, petoq; ut has cantiunculas vultu placido suscipere, fauoreq; vestro prosequi non dedignemini. Precor Deum omnipotentem, æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut vos omnes & singulos diu incolumes conseruet, & prudentibus consilijs vestris ita floreat Respub. vestra, ut quod hactenus fuit, sit & maneat domus & hospitium pietatis & iusticiæ, ubi & scholæ & Ecclesia tuta statione fruantur. Hoc faxit pater ille luminum, à quo omnia bona & perfecta dona in nos desuper effunduntur. Bene valete viri prudentissimi. Datæ Hannoueræ anno reparatæ salutis 1583. 18. Februarij, Quo die Doctor Martinus Lutherus repurgator cœlestis doctrinæ mortuus est Islebiæ, Anno 1546. die Concordiæ.

Amplit. & prudent. vestris
subiectè deditus
Andreas Crappius Lunæburgensis, scholæ
Hannouerensis Cantor.

AD ANDREAM CRAPPIVM MVSICVM ET CANTOREM HANNOVERENSEM.

M. Henricus Garberus.


CVr symphoniacas laudem, suauissime, voces
Quas canis, ô Crappi, causa probanda subest.
Et tua Musa pia est, facilisq; oblectat, & alto
Nomina supremi tollit honore Dei.
Impia qui cantat furijs agitatus Auerni
Triste ululet stygias cum iacet inter aquas.
Seruiat, ô Crappi, sancto tua Musica CHRISTO,
Seruiat, angelicis adijciere choris.
Quiq; tuos non vult cantus audire suaues,
Perpetuo infelix audiat iste sues.

IN SACRAS CANTIONES ANDREÆ CRAPPII MVSICI HANNOVERENSIS


Epigramma.

MVsica sancta Deo curæ est: Deus arbiter æqui est:
Hunc æqua inprimis vota precesq; canant.
Musica sublimi tollit dulcedine mentes,
Ac alacri mulcet languida corda sono.
Optima (quis nescit) solatia præstat amicus:
Hoc rarum est. Res hoc tempore rara FIDES.
Musica, quod rarus tibi largiretur amicus,
Vna dabit. Nonne Ars omnibus una prior?
Quam benè venturum meditatur Crappius æuum
Dum sacra ad numeros vota precesq; canit.
At tu sancte pater cuius sunt omnia plena,
Hæc tua munifica dona tuere manu.

M. Daniel Heluigius
Stetinensis.




Kyrie ij eleyson Kyrie Kyrie eleyson Ky-
rie ele yson ij Kyrie eleyson
Kyrie e leyson.
Glo ri a in ex celsis Deo.
IIII.
Et in terra pax hominibus ij ij
bonæ


bonæ voluntatis. Laudamus te ij benedicimus te ij
Adora mus te. Glorificamus te. ij
gratias agimus tibi ij propter magnam gloriam tuam. Domi-
ne Deus rex cœlestis, ij ij
Deus pater omnipotens, Domine fili, Iesu Christe ij Domine Deus
B
agnus


agnus Dei, filius patris filius pa tris ij
V.
Qui tollis peccata mundi peccata mundi miserere nobis, qui tollis ij
ij peccata mundi peccata mundi qui tollis peccata mundi, Suscipe deprecati-
onem nostram. Qui sedes ad dexteram patris, qui sedes ad dexteram patris miserere
nobis ij Quoniam tu solus sanctus, ij tu solus sanctus, tu solus

Do-


Dominus tu solus altissimus solus altissimus Iesu Christe ij cum sancto
spiritu ij in gloria Dei patris, Amen. in gloria Dei
pa tris Amen.
Credo in unum Deum. VI.
Patrem omnipotentem ij ij
patrem omnipotentem omnipo ten tem factorem coeli ij


& terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium, ij Et in Dominum &
in unum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum ante omnia ſecula, Deum de
Deo, lumen de lumine, ij Deum verum de Deo vero, de Deo ve-
ro genitum non factum ij genitum non factum, conſubſtanti-
alem patri, ij conſubſtantialem patri, per quem omni-



a per quem omnia fa cta ſunt. ij ij
fa cta ſunt Qui propter nos homines ij & propter noſtram ſalu -
tem deſcendit deſcendit deſcendit ij de cœlis deſcendit de cœlis deſcendit de
cœlis ij



Et incarnatus eſt ij & incarnatus eſt ij de ſpiritu ſancto
Ex Maria ex Maria virgine. Et Homo factus eſt.
VIII.
Quatuor vocum.
Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato ij Paſſus & ſepultus eſt ſe-
pultus eſt, & reſur re xit & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas,
& aſcen dit in cœlum aſcendit in cœlum & aſcendit ij in cœlum.

Et



Et iterum venturus eſt & iterum venturus eſt, ij
& iterum venturus eſt venturus eſt & iterum venturus venturus eſt
in gloria iudicare vi uos vi uos vi uos
viuos & mortuos & mortuos, cuius regni ij cuius regni ij ij
non erit finis.

Et


Et in spiritum sanctum Dominum ij sanctum Dominum Et in spiri-
tum sanctum Dominum & viuificantem, Qui ex patre ij filioq; proce-
dit, qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est ij
qui locutus est per Prophetas per Prophetas. Et unam sanctam catholicam & Apostoli-
cam Ecclesiam ij Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissio-
nem


nem Et expecto ij ij ij resurrectionem mortuorum resurrecti-
o nem mortuorum, & vi tam ij venturi seculi Amen
vitam venturi & vitam venturi seculi Amen.
XI.
Sanctus ij ij ij ij ij Sanctus ij ij Sanctus ij
Sanctus Dominus Deus Sabaoth ij Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt
C cœli


cœ li & terra ij gloria tua gloria tua ij
XII.
Osanna in excelsis ij ij Osanna in
ex celsis ij in ex celsis. Benedictus ij qui venit in nomi-
ne Domini, Osanna ij in excelsis ij ij O-
sanna in excelsis ij


O Lamb Gottes unschüldig am Stam des Creutzs geschlachtet/ Alzeit gefunden düldig/
wiewol du warst verachtet/ All Sünd hastu getragen/ Sonst müsten wir verzagen/
Erbarm dich unser ij O Jesu.

Finis Missæ.


MEmor eſto Domine ij memor eſto Domine ij
memor eſto verbi tui verbi tui ſeruo tuo ſeruo tuo, in quo mihi ſpem
dediſti, ij in quo mihi ſpem de diſti, ſpem dediſti. Memor eſto Domine
verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ij ſpem dediſti in quo mihi ſpem dediſti
in quo mihi ſpem dediſti.


Hæc me conſolata eſt ij Hæc me conſolata eſt in humilitate mea
me a in humilitate mea me a Quia eloquium tuum ij
viuificauit me ij viui ficauit me ij
viuifi cauit me ij viuifica uit me.

mus.-pract. ant.